

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 122

Ego in Dei nomine Walafridera, pertractans tam de Dei parte quam et reverentia sanctorum seu pro remedio anime mee, idcirco dono a die presente ad ecclesiam sancti Petri, ubi sanctus Willibrordus corpore requiescit, hoc est portionem meam in villa que dicitur Prumia et quicquid ibidem visus sum habere et quod mater mea Willigarda michi ibi in hereditatem dereliquit, id est tam terris, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus et mancipiis. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XXXI regnante Karolo rege.